Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

LA GHAS

ex gentibus peccatores. Scientes autem
quia non iustificatur homo ex operibus
legis nisi per fidem iesu cristi. Et nos
in cristo iesu credimus ut iustificemur
ex fide cristi et non ex operibus legis. Per
quod ex operibus legis non iustificabitur
omnis caro. Quod si querentes iusti
ficari in cristo. ex operibus legis inuenti
sumus et ipsi peccatores. Numquid xpc
peccati minister est. absit. Si enim q
destruxi hec iterum edifico preuaica
torem me constituo. Ego enim per le
gem mortuus sum. ut deo viuam. xpo
confixus sum cruci. Viuo autem iam non
ego. viuit autem in me cristus. Quod autem
nunc viuo in carne in fide viuo filii
dei. qui dilexit me et tradidit semet
ipsum pro me non ideo abicio gratiam dei
Si enim per legem iustitia. ergo xc gratis
mortuus est.

III

O insensati galathe quis uos
fascinauit uitati non obedire
ante quorum oculos iesu
cristus prescriptus est in uobis cruci
fixus. hoc solum uolo a uobis discere.
Ex operibus legis spiritum accepistis.
an ex auditu fidei. Sic stulti estis. ut
cum spiritum accepistis. nunc carne
consummamini. Tanta passi estis sine
causa. Qui ergo tribuit spiritum uo
bis et operatur uirtutes in uobis ex o
pibus legis. an ex auditu fidei. Sicut
scriptum est. Abraham credidit deo
et reputatum est ei ad iusticiam. I
gnoscite ergo quia qui ex fide sunt
hii sunt filii abrahe. Prouidens autem
scriptura quia ex fide iustificat gen
tes deus. Pronuntiauit abrahe quia be
nedicentur in te omnes gentes.
Igitur qui ex fide sunt. benedicentur
cum fideli abraham. Quotquot enim
ex operibus legis sunt. sub maledicto
sunt. Scriptum est enim. Maledictus
omnis qui non permanserit in omnibus
que scripta sunt in libro legis ut fa
ciat ea. Quoniam autem in lege nullus
iustificabitur apud deum manifes
tum est quia iustus ex fide viuit.
Lex autem non est ex fide. sed qui fecerit
eam viuet in illa. Cristus autem
nos redemit de maledicto legis fac
tus pro nobis maledictum. Quia
scriptum est. Maledictus homo qui
pendet in ligno. ut in gentibus ben
dictio abrahe fieret in cristo iesu
ut pollicitationem spiritus accipiamus
per fidem. Fratres secundum hominem
dico. tamen hominis confirmatum
testamentum. nemo spernit aut si
ordinat. Abrahe dicte sunt promis
siones et semini eius. Non dicit in
seminibus. quasi in multis sed qui in
uno. Et semini tuo qui est xpus.
Hoc autem dico. testamentum confir
matum a deo. que post quadringen
tos et triginta annos facta est. lex
non irritum facit. Ad euacuandam
promissionem. Nam si ex lege esset
hereditas. iam non ex promissione
abrahe autem per promissionem dona
uit deus. Quid igitur lex. Propter
transgressiones posita est. donec ve
niret semen cui promiserat ordi
nata per angelos in manu mediato
ris. Mediator autem unus non est.
Deus autem unus est. Lex autem ad

292